

vel momenti. Datum Romae apud sanctum Petrum II. Idus Junii pontificatus nostri anno septimo.

Aussen: Notariatszeichen.

Pro. Ja. de Teramo.
Jo. Meyer.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Bleisiegel an rothen und gelben seidenen Fäden.

No. 741. 1396. 12. Juni.

Derselbe gestattet dem Capitel mit Bezug auf die vorstehend ertheilte Indulgenz in der Trinitatiswoche vier oder mehrere Beichtiger für die eintreffenden Gläubigen anzustellen.

Bonifacius episcopus servus servorum dei, dilectis filiis capitulo ecclesiae Misnensis salutem et apostolicam benedictionem. Sincerae devotionis affectus etc. Cum itaque nos hodie de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius autoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam vestram in festo sanctae trinitatis et per eius octavas devote visitaverint annuatim et ad conservationem eiusdem ecclesiae manus porrexerint adiutrices, illam indulgentiam et remissionem peccatorum, quam ecclesiam sancti Marci de Venetiis Castellanensis diocesis in festo ascensionis domini nostri Jesu Christi visitantes annuatim quomolibet consequuntur, per nostras litteras duximus concedendum, prout in ipsis litteris plenius continetur: Nos igitur ut Christi fideles ad ipsam ecclesiam vestram in huiusmodi tempore confluentes, conscientiae pacem et animarum salutem deo propitio consequantur, et indulgentiae huiusmodi melius participes esse possint, benignius agere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut vos quatuor aut plures confessores idoneos seculares vel regulares, de quibus vobis videbitur et fuerit opportunum, qui confessiones quarumcunque personarum ad ipsam vestram ecclesiam causa huiusmodi indulgentiae assequendae accedentium in ipso festo et per eius octavas duntaxat audire, et ipsis diligenter auditis eisdem personis pro commissis debitam absolutionem impendere valeant ac iniungere penitentiam salutarem, nisi forsantalia fuerint, propter quae sedes apostolica sit merito consulenda, deputare valeatis devotioni vestrae auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud sanctum Petrum II. Id. Junii pontificatus nostri anno septimo.

Aussen: Notariatszeichen.

Pro. P. de Pando.
Jo. Meyer.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Bleisiegel wie No. 740.

No. 742. 1396. 21. Nov.

Heinrich Küchenmeister zu Döhlen verkauft eine halbe Hufe zu Kötzschenbroda und einen Weingarten an vier Vicarien der Domkirche zu Gunsten des vom verstorbenen Dechant Nicolaus errichteten Jahresgedächtnisses.

Ich Henrich Kuchenmeister gesessen zcu Dolan bekenne offenlich in desem kenwertigen brife allen den, dy en sehen adir horen lesen, daz ich mit wol bedochtem